Tract. 118. A V G. Matthæus dicendo, diuiſerunt veſtimenta eius ſortẽ mit- F tentes, totam diuiſionem veſtimentorum voluit intelligi & ad illam tunicam pertinere, de qua ſortẽ miſerunt. Tale eſt quod etiã ait Lucas: Diuidentes veſtimenta eius miſerunt ſortes. Diuidentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta eſt ſortitio. Dicendo autem ſortes, pluralẽ numerum pro ſingulari poſuit. Marcus autem ſolus videtur intuliſſe aliquam quęſtionẽ. dicendo enim. Mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret. tamquàm ſuper omnibus veſtimentis non ſuper ſola tunica ſors miſſa ſit, locutus videatur, ſed hæc bræuitas obſcuritatẽ facit. Sic enim dictum eſt. mittentes ſortem ſuper eis, ac ſi diceret, mittentes ſortem cum diuiderentur. Cum autem dicit. Quis qd tolleret. i. quis tunicam tolleret, tamquam ſi totum ita diceretur. mittentes ſortem ſuper eis, quis tunicam, quæ partibus æqualib' ſuperfuerat tolleret. Quadripartita autem veſtis domini noſtri Ieſu Chriſti, quadripartitam figurauit eius eccleſiam, quatuor. ſ. partibus in orbe diffuſam, & in eiſdem æqualiter. i. concorditer diſtributam. Tunica vero illa ſortita omniũ partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur. Si autem charitas, & ſupereminentiorem habet viam, & ſupereminet ſcientiæ, & ſuper omnia præcepta eſt, ſecundum illud, Super omnia autem hæc, charitatem habete, merito veſtis, quæ ſignificatur deſuper contexta perhibetur. Et addidit. {Per totũ.} quia nemo eius eſt expers, qui pertinere inuenitur ad totum, a quo toto catholica vocatur eccleſia. Inconſutilis autem, ne aliquando diſſuatur. & ad unum peruenit, quia in vnum omnes colligit. In ſorte autem Dei gratia commendata eſt. cum enim ſors mittitur, non perſonæ cuiuſque vel meritis, ſed occulto iudicio Dei creditur. Hom. 84. C H R Y. Vel ſicut quidam dicunt, tunica inconſutilis deſuper contexta per totum, ſecundum allegoriam oſtendit, quoniam nõ ſimpliciter homo erat, qui crucifixus eſt, ſed & deſuper deitatem habebat. T H E O. vel aliter. Veſtis inconſutilis denotat corpus Chriſti, quod a ſuperiori parte contextum eſt. Spiritus enim ſanctus ſuperuenit, & virtus altiſſimi virgini obumbrauit. Hoc ergo ſacroſanctum Chriſti corpus indiuiſibile conſtitit. nam & ſi diuidatur per ſingulos ſanctificans vniuſcuiuſque animam ſimul & corpus integre tamen & indiuiſibiliter conſiſtit in omnibus. At quoniam ex quatuor elementis mundus conſiſtit, intelligendum eſt pro Chriſti veſtimentis, viſibilem creaturam quam inter ſe diuidunt dæmones quoties morti tradunt verbum Dei quod habitat in nobis, ac ſatagunt nos ſuę partis efficere per mundanas illecebras. Tract. 118. A V G. Et ideo iſta non aliquid boni ſignificaſſe quis dixerit, quia per malos facta ſunt, quid enim de ipſa cruce dicturi ſumus, quæ ſimiliter ab impiis facta eſt? tamen ea ſignificari recte intelligitur quod ait Apoſtolus. Quæ ſit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. Lata eſt quippe in tranſuerſo ligno, quo extenduntur pendentes manus, & ſignificat opera bona in latitudine charitatis. Longa eſt a tranſuerſo ligno vſque ad terram, & ſignificat perſeuerantiam in longitudine temporis. Alta eſt in cacumine, quo tranſuerſum lignum ſurſum verſus excedit, & ſignificat ſupernum finem, quo cuncta opera referuntur. Profunda eſt in ea parte, quæ in terra figitur, ibi quippe occulta eſt, ſed cuncta eius apparentia inde conſurgunt, ſicut bona noſtra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi non poteſt, viuerſa procedunt. Sed eſt crux Chriſti hoc ſolum ſignificet quod ait Apoſtolus, Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus, & concupiſcentiis, quàm magnum bonum eſt. Poſtremo quid eſt ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti? quod ſignũ niſi adhibeatur ſiue frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ ex qua regenerantur, ſiue oleo, quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio, quo aluntur, nihil eorum vitæ proficitur.

h ¶ T H E O. Cum milites quæ ad propriam ſpectabant ſocordiam proſequebantur, ipſe genitricis cura ſollicitus eſt. vnde dicitur. {Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.} A M B R O. in Epiſtolis. Maria mater domini ante crucem ſtabat filii. nullus me hoc docuit, niſi ſanctus Ioannes Euãgeliſta. Mundũ alii concuſſum in paſſione domini cõſcripſerunt, cœlum tenebris obductum, refugiſſe Solem, in paradiſum latronẽ, ſed poſt iam confeſſionem receptum. Ioannes docuit quod alii nõ docuerunt, quemadmodum in cruce poſitus, matrem appellauerit. Pluris putauit, quod victor ſuppliciorum pietatis officia matri exhibebat, quam quod regnum cœleſte donabat vitæ æternæ. nam ſi religioſum eſt, quod latroni donatur vita, multo vberioris pietatis

tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicẽ. Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſũt veſtimenta mea ſibi, & in veſtẽ meam miſerunt ſortem.

h Et milites quidem hæc fecerunt. G Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ. Mulier, Ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam.

F eſt quòd a filio mater tanto affectu honoratur. {Ecce, inquit, filius tuus, ecce mater tua.} Teſtabatur de cruce Chriſtus, & inter matrem, atque diſcipulum diuidebat pietatis officia. Condebat dominus non ſolum publicum, ſed etiam domeſticum teſtamentũ. Et hoc eius teſtamentum ſignificabat Ioannes: dignus tanto teſtatore teſtis. Bonum teſtamentum non pecuniæ, ſed vitæ eternæ, quod non atramẽto ſcriptũ eſt, ſed ſpiritu Dei viui. Lingua mea calamus ſcribę, velociter ſcribentis. Sed nec Maria minor quàm matrem Chriſti decebat, fugientibus Apoſtolis ante crucem ſtabat, & piis ſpectabat oculis filii vulnera, quia expectabat non in pignoris mortem, ſed mundi ſalutem, aut fortaſſe, quia cognouerat per filii mortem mundi redẽptionẽ. Aula regalis etiam ſua morte putabat ſe aliquid publico adiuturam muneri. ſed Ieſus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes ſine adiutore ſeruauit. vnde & dicit, Factus ſum homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Suſcepit quidem affectu parentis, ſed nõ quæſiuit alterius auxilium. Hanc imitamini matres ſanctæ, quæ in vnico filio dilectiſſimo tantum maternæ virtutis exemplum dedit. neque enim vos dulciores liberos habetis, neque illud virgo quærebat ſolatium, vt alium poſſet generare filium. H I E R O. contra Eluidium. Maria iſta, quæ in Marco, & Matthæo Iacobi, & Ioſeph mater dicitur, fuit vxor Alphæi, & ſoror Mariæ matris domini, quam Mariam Cleophæ hic Ioannes cognominat a patre, ſiue a Gentilitate familiæ, aut quacũque alia cauſa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia, atque alia videtur, quod alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophæ, diſce ſcripturæ conſuetudinem, eundem hominem diuerſis nominibus appellari. C H R Y. Et conſidera, quod imbecillius genus. ſ. mulierum virilius apparuit iuxta crucem ſtando, fugientibus diſcipulis. A V G. de Con. Euan. Niſi autem Matthæus & Lucas Mariam Magdalenæ nominaſſent, potuiſſemus dicere alias a longe, alias iuxta crucem fuiſſe. nullus enim eorum præter Ioannem matrem domini commemorauit. Nunc ergo quomodo intelligitur eadem Maria Magdalene, & a longe ſtetiſſe cum aliis mulieribus, ſicut Matthæus, & Lucas dicunt, & iuxta crucem fuiſſe ſicut Ioannes dicit, niſi quia in tanto interuallo erant, vt iuxta dici poſſent, quia in conſpectu eius præſto aderat, & a longe in conſpectu turbæ propinquius circumſtantis cum Centurione & militibus? Poſſumus etiam intelligere, quod illæ quæ ſimul aderant cum matre domini, poſtquam eam diſcipulo commendauit, abire iam cœperant, vt a denſitate turbę ſe eruerent, & cętera quæ facta ſunt longius intuerentur, vt cæteri Euangeliſtæ, qui poſt mortem domini eas commemorauerunt iam longe ſtantes commemorãt. Quid autem intereſt ad veritatem, quod quaſdam mulieres pariter, quaſdã ſinguli nominauerunt? C H R Y. Et cum aliæ mulieres aſtarent, nullius alterius meminit niſi matris, docens nos plus aliquid matribus præbere. Sicut enim parentes circa ſpiritualia aduerſantes, neque noſſe oportet: ita quando nihil impediunt, omnia decet eis præbere, & aliis præferre. vnde ſubditur. {Cum vidiſſet ergo Ieſus ma. & diſci. ſtantem quem di. dicit ma. ſuę. Mu. ecce fi. tuus.} B E D A. Dilectionis inditio Euangeliſta ſuam demonſtrat perſonam, non quod exceptis cæteris ſolus, ſed præ cæteris familiarius propter priuilegium caſtitatis a domino amabatur, quoniam virgo ab eo vocatus, virgo permanſit in æuum. C H R Y. Papę quanto diſcipulũ honorauit honore, ſed ipſe diſcipulus occultat, moderate ſapiens. ſi enim vellet gloriari, & cauſam vtique adieciſſet propter quã amabatur. Etenim conueniens eſt magnum quandam & mirabilem eſſe cauſam. Ideo autem nihil aliud Ioanni loquitur, neque conſolatur triſtantem, quoniam tempus non erat verborum conſolatione. Sed neque parum erat honorari eum tali honore. Quia vero conueniens erat matrem exiſtentem dolore oppreſſam procurationem quærere, quia ipſe aberat, diſcipulo qui diligebatur tradidit diligentiam habituro. vnde ſequitur. {Deinde di. diſci. Ecce mater tua.} A V G. Hęc nimirum eſt illa hora, de qua Ieſus aquam conuerſurus in vinum dixerat matri. Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Tunc enim diuina facturus, non diuinitatis, ſed humanitatis, velut infirmitatis matrem velut incognitam repellebat. nunc autem humana iam patiens ex qua factus fuerat homo, affectu commendabat humano. Moralis ergo inſinuatur locus, & exemplo ſuo inſtruit præceptor bonus, vt a filiis piis impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud vbi erãt fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magiſtri docentis. C H R Y. Itaq; etiam Marcionis obſtruit inuerecundiam, ſi enim

Ho. eadem. Lib. 3. c. 21. Ho. eadem. Ho. eadem. Tract. 119. Hom. 84.

non

non genitus eſt ſm carnem, neque matrẽ habuit, cuius gratia tantam circa eam ſolam facit prouidentiam. Intuere autem qualiter cum crucifigeretur vniuerſa imperturbate agebat, diſcipulo loquens de matre, prophetias implens, latroni bonam ſpem tribuẽs. antequam autem crucifigeretur, trepidans videtur. nam illic quidem naturæ imbecillitas dæmonſtrata eſt: hic autem virtutis ſuperabundantia oſtendebatur. Sed & nos per hoc erudit, ante aduerſa cõturbamur. non propterea deſiſtere, cum in agonem ingreſſi fuerim' omnia ſuſtinere, vt facilia, & leuia. Tract. 119. A V G. Quia ergo matri quam relinquebat, alterum ꝓ ſe filium quodammodo ꝓuidebat, cur hoc fecerit oſtẽdit in hoc quod ſubditur. {Et ex illa hora accepit eã diſcipul' in ſuã.} Sed in quæ ſua Ioannes matrem domini accepit? Neque enim non ex eis erat quæ dixerant ei, Ecce nos dimiſimus omnia & ſecuti ſumus te. Suſcepit ergo eam in ſua: non prædia, quæ nulla ꝓpria poſſidebat, ſed officia, quæ propria diſpenſatione exequenda curabat. B E D A. Alia litera habet: accepit eam diſcipulus in ſuã, quidam volunt in ſuam matrem, ſed congruentius ſubauditur in ſuam curam.

i Poſtea ſciẽs Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, vt conſummarẽt ſcriptura, dixit. Sitio. Vas autem erat poſitum aceto plenum. Illi ergo ſpongiam plenã aceto, hyſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit. Cõſumatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

k Iudæi ergo quoniam paraſceuæ erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbato (erat. n. magn' dies ille ſabbati,) rogauerunt Pilatũ vt frangerẽtur eorũ crura, & tollerẽtur. Venerunt ergo milites & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autẽ cũ veniſſent, vt viderunt eum iã mortuum nõ fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit B teſtimonium perhibuit, & verũ eſt teſtimonium eius. & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc vt ſcriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo: & iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quẽ transfixerunt.

l Poſt hæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathia, eo quòd

Tract. 119. i ¶ A V G. Patiebatur hæc omnia qui apparebat homo, & ipſe idem diſponebat hæc omnia qui latebat Deus. vnde dicitur, poſtea ſciens, quoniam omnia cõſumata ſunt, vt cõſummaretur ſcriptura. i. quod ſcriptura prædixerat. Et in ſiti mea potauerunt me aceto. dixit Sitio, tamquàm diceret, hoc minus feciſtis. date quod eſtis. Iudæi quippe ipſi erant acetum degenerantes a vino patriarcharũ, & prophetarum. {Vas ergo poſitum erat aceto plenum,} tamquam enim de pleno vaſe, de iniquitate mundi huius impletum cor habentes, velut ſpongia cauernoſis quodammodo atque tortuoſis latibulis fraudulentum. vnde ſequitur. {Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Hom. 84. C H R Y. Neque enim ex his quæ videbant facti ſunt manſueti, ſed ſæuiebant magis, & eum potabant, condemnatorum pocula Tract. 119 offerentes, propterea enim hyſopus appoſitus erat. A V G. Hyſopum autem cui circumpoſuerunt ſpongiam aceto plenam, quo D niam herba eſt humilis & pectus purgat, Chriſti humilitatem cõgruẽter accipimus, quam circumdederunt, & ſe circumueniſſe putauerunt, Chriſti namque humilitate mundamur. Nec moueat quomodo ſpongiam ori eius potuerunt admouere, qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios Euangeliſtas legitur, qđ hic prætermiſit, in arundine factum eſt, vt in ſpongia talis potus ad crucis ſublimia leuaretur. T H E O. Quidam vero hyſopum dicunt vocari arundinem. nam frondes habet arudini conſimiles. Sequitur. {Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit. Con- Tract. 119 ſumatum eſt.} A V G. Quid niſi ꝙ prophetia tanto ante prædixerat? B E D A. Hic quæri poteſt quomodo hic dicitur. Cum accepiſſet acetum, cum alius Euangeliſta dicat, Noluit bibere. Sed hoc facile ſoluitur, quoniam non accepit vt biberet, ſed vt quod ſcriptũ Trac. 119. erat impleret. A V G. Deinde quia nihil remanſerat quod antequã moreretur fieri adhuc oporteret. ſequitur. {Et inclinato capite tradidit. ſpiritũ.} Peractis omnibus quæ vt peragerentur expectabat, tamquam ille, qui poteſtatem habebat ponendi animam ſuã & iterum ſumendi eam. G R E G. 11. Mora. Spiritus autem hic ꝓ anima ponitur. Si enim aliud ſpiritum quàm animam Euangeli- Hom. 84. ſta diceret, exeunte ſpiritu anima remanſiſſet. C H R Y. Non autem quoniam expirauit, inclinauit caput, ſed quia inclinauit caput, tunc expirauit. per quæ omnia indicauit Euangeliſta, quoniã Tract. 119. omnium dominus ipſe erat. A V G. Quis enim ita dormit quando voluerit, ſicut Ieſus mortuus eſt quando voluit? Quãta ſperãda, vel timenda poteſtas eſt iudicãtis, ſi apparuit tanta morientis? T H E O. Tradidit autem dominus ſpiritum Deo & patri, oſtendẽs ꝙ nequaquam ſanctorum animæ conuerſantur in tumulis. immo deueniunt ad manus patris omnium, peccatoribus ad locum pœnarum delatis videlicet ad infernum.

Homi. 84. k C H R Y. Iudæi qui camelum tranſglutiebant, culicem autem collabant, cum tantam fuiſſent operati audaciam, de die diligenter ratiocinantur. vnde dr̃. {Iudæi ergo qm̃ Paraſce. erat, vt non rema. in cru. cor. ſab.} B E D A. Paraſceue. i. præparatio dicta eſt ſexta

A feria, quia eo die duplices ſibi cibos filii Iſrael præparabant. {Erat enim. ma. di. il. ſab.} ſ. propter ſolemnitatẽ Paſchalem. {Roga. Pila. vt frange. cru. eo. A V G. Non crura tollerentur, ſed hi quibus ideo Tract. 119. frangebantur, vt morerentur auferrentur ex ligno, ne pendentes in crucibus magnum diem feſtum ſui diuini cruciatus horrore fędarent. T H E O. Sic enim iubebantur in lege, non occidere ſolem in hominis ſupplicio, vel quia noluerunt in die feſto tortores, aut homicidę cẽſeri. C H R. Hom. 84. Vide autem qualiter valida eſt veritas, per eorum enim ſtudia prophetia completur. vnde ſubditur. {Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit. T H E O. Vt Iudæis complaceant, lanceant Chriſtum circa corpus exanime contumelias inferentes, ſed contumelia in ſignum prodiit. ſanguinem enim de corpore extincto manare miraculoſum eſt. A V G V S T. Vigilanti verbo Euan- Tract. 120 C geliſta vſus eſt, vt non diceret, Latus eius percuſſit, aut vulnerauit, ſed aperuit, vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur. vnde ſacramenta eccleſiæ manauerunt, ſine quibus ad vitam quæ vere vita eſt, non intratur. vnde ſequitur. {Et continuo exiuit ſanguis & aqua. Ille ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum, aqua illa ſalutare temperat poculum, hoc & lauacrum præſtat & potum. Hoc prænunciabat, ꝙ Noe in latere arcæ oſtium facere iuſſus eſt, quo intrarent animalia quæ non erant diluuio peritura, quibus præfigurabatur eccleſia. ꝑꝑ hoc prima mulier facta eſt de viri latere dormientis. & hic ſecundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniunx per id quod de latere dormientis effluxit. O mors, vnde mortui reuiuiſcunt, quid iſto ſanguine mũdius? quid iſto vulnere ſalubrius? C H R Y. Hom. 84. Et quia hinc ſuſcipiũt principia ſacra myſteria, cũ acceſſeris ad tremendum calicem, vt ab ipſa bibiturus Chriſti coſta ita accedas. T H E O. Erubeſcant igitur qui vinum in ſacris non limphant D myſteriis. videntur enim non credere, ꝙ aqua de latere fluxerit. Poteſt tamen quis calumnioſe dicere, ꝙ aliqua virtus vitalis erat in corpore: & ideo ſanguis effluxit, aqua vero manans inexpugnabile ſignum fuit. & ideo Euangeliſta ſubiungit. {Et qui vidit teſtimonium perhibuit.} C H R Y. q. d. Non ab aliis audiui, ſed ipſe Homi. 84. præſens vidi. Et verum eſt teſtimonium eius. Quod conuenienter ſubiungit conuitium Chriſti enarrans. non magnum aliquod & admirabile ſignum, vt ſic ſuſpectus ſermo redderetur, ſed ipſe hoc dixit: hæreticorum ora præcludens, & futura perſonans myſteria, & eum qui iacebat in eis inſpiciens theſaurum. Sequitur. {Et ille ſcit, quia ve. di. vt & uos cre.} A V G. Scit enim qui uidit, cuius Tract. 120. credat teſtimonio, qui non vidit. Duo autem teſtimonia de ſcripturis reddidit ſingulis rebus, quas factas fuiſſe narrauit. Nã quia dixerat, {Non fregerunt crura Ieſu ſubdidit. Facta ſunt enim hęc, vt ſcriptura impleretur. Os non commi. ex eo.} Quod præceptum eſt eis, qui celebrare Paſcha iuſſi ſunt ouis immolatione in ueteri lege, quæ dominicæ paſſionis vmbra præceſſerat. Item quia E ſubiunxerat. {Vnus militum lancea latus eius ape.} ad hoc pertinet alterum teſtimonium quod ſubdit dicens. {Et iterum alia ſcriptura di. Vide. in quẽ trãſfi.} vbi promiſſus eſt Chriſtus in ea, qua crucifixus eſt carne futurus. H I E R O. Hoc autem teſtimonium ſumptum eſt de Zacharia.

l ¶ C H R Y. Aeſtimans Ioſeph extinctum eſſe Iudæorum furorẽ Chriſto crucifixo, cũ fiducia acceſſit, vt deponendum funus procuraret. vnde dicit. {Poſt hęc au. ro. pi. Io. ab Arimathia.} B E D A. Hom. 84. Arimathia ipſa eſt Ramatha ciuitas Helcanę, & Samuelis. Celitus autem prouiſum eſt vt eſſet diues, & ad pręſidem poſſet accedere, & vt eſſet iuſtus, vt corpus dñi accipere mereretur. vnde ſequitur, {Vt tolleret cor. Ie. eo ꝙ eſſet diſci. Ieſu. C H R Y. Non Hom. 84. ex xij. ſed ex ſeptuaginta, quoniam nullus ex. xij. acceſſerit. Et ſi timorẽ Iudęorũ quis pro cauſa aſſumpſerit: hic eodẽ detinebatur timore. vnde dr̃, {occul. autem propter metũ Iu.} Sed valde inſignis erat, & Pilato notus. vnde & gratiam accepit & hoc eſt quod ſubditur. {Et permi. pi.} Et ſępe de reliquo, non ut condemnatũ, ſed

vt magnum quendam & mirabilem. vnde ſubditur. {Venit ergo & tulit corpus Ieſu. AVGVST. de con. Euang. In extremo enim illo officio funeri exhibendo, minus curauit a Iudæis, quis ſoleret in domino audiendo eorum inimicitias deuitare. BED. Sedata enim vtcumque eorum ſęuitia, eo ꝙ ſe aduerſus Chriſtũ prȩualuiſſe gaudebãt, corpus Chriſti petiit, qm̃ nõ videbatur cauſa diſcipulatꝰ, ſed pietatis veniſſe vt funeri officium impenderet, quod homines nõ ſolum bonis, ſed etiam malis ſolent impendere. Adiungitur aũt ei & Nicodemus. vnde ſequitur. {Ve.au. & Nico.qui ve.ad Ie. no.pri.fe.mixtu.myr. & aloes quaſi li.cen.}

Tract.120. AVGVST. Non ita diſtinguendũ eſt, vt dicamus primum ferẽs mixturam myrrhæ, ſed vt quod dictum eſt primum, ad ſuperiorẽ ſenſum pertineat. Venerat enim ad Ieſum Nicodemus nocte primum, quod idem Ioannes narrauit in prioribus euangelii ſui partibus. hic ergo intelligendum eſt ad Ieſum non tunc ſolum, ſed tunc primũ veniſſe Nicodemum, veniſſe autem poſtea, vt fieret audiendo diſcipulus Chriſti: ferũt autem pigmẽta, quæ maxime corpus apta ſunt quamplurimum conſeruare, & non permittere cito ſubiici corruptioni, adhuc enim vt de nudo homine diſponebant, ſed tamen multam dilectionem demonſtrabant. BEDA. Notandũ eſt autem, quòd ſimplex vnguentum fuerit, quia eſt diuerſis aromatibus licentiam conficiendi non haberent. Sequitur. {Acce.er. cor.Ie.& liga.cum lintheis cum aroma.ſicut mos eſt Iud.ſepeli.}

Tract.120. AVGVST. In quo euangeliſta admonuit in huiuſmodi officiis quæ mortuis exhibentur, morem cuiuſque gentis eſſe ſeruandum. Erat autem illius gentis conſuetudo vt mortuorum corpora variis aromatibus condirentur, vt diutius ſeruarentur illęſa.

Lib.3.c.23. AVGVST. De con. Euang. Neque autem hic Ioannes aliis repugnat, neque enim illi qui Nicodemum tacuerunt, affirmauerunt a ſolo Ioſeph dominum ſepultum, quamuis ſolius commemorationem fecerint, aut quia illi vna ſyndone a Ioſeph inuolutum dixerunt propterea prohibuerunt intelligi, & alia lintheamina potuiſſe afferri a Nicodemo & ſuperaddi vt verum narret Ioannes, quòd non vno lintheo, ſed lintheis inuolutus ſit, quamuis & propter ſudarium quod capiti adhibebatur, & inſtitas quibus corpus totum alligatum eſt, quia omnia de lino erãt, etiam ſi vna ſyndo ibi fuit, veraciſſime dici potuit, {Ligauerunt eum lintheis.} Linthea quippe generaliter dicuntur quæ lino texuntur. BEDA. Hinc eccleſiæ conſuetudo deſcendit, vt corpus domini non in ſericis & auro textis conſecretur, ſed in ſyndone munda.

Hom.84. CHRY. Quia vero breuitate tẽporis vrgebantur, nona enim hora mortuo Chriſto, deinde accedentibus ad pilatum, & deponentibus Chriſti corpus veſpera imminebat, ideo ponunt eum in proximum monumentum. vnde ſubditur. {Erat au.in lo.vbi cruci.eſt hortus, & in hor.monu.no.in quo nondum quiſquam po.fuerat.} Quod diſpenſatione factum eſt, ne alterius alicuius, qui cũ eo iaceret æſtimaretur reſurrectio facta eſſe.

Tract.120. AVGVST. Sicut etiam in Mariæ virginis vtero nemo ante illum, nemo poſt illum conceptus eſt, ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo poſt illum ſepultus eſt. THEO. Per hoc etiam quod nouum fuit ſepulchrũ, myſtice datur intelligi, quod per Chriſti ſepulturam omnes innouamur, morte & corruptione deſtructa. Attende etiam abundantiam pro nobis ſuſceptę paupertatis. Nam qui domum in vita non habuit, poſt mortem quoque in alieno ſepulchro reconditur, & nudus exiſtens, a Ioſeph operitur. Sequitur. {Ibi ergo propter paraſceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.}

Tract.120. AVGVST. Acceleratam vult intelligi ſepulturam, ne adueſpeſceret quando iam propter paraſceuem, quam cœnã puram Iudæi latine vſitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.

Hom.84. CHRY. Propinquum autem fuit ſepulchrum, vt diſcipuli poſſent cum facilitate accedere & conſideratores fieri eorum, quæ eueniebant prope exiſtente loco, & vt ſepulturę teſtes eſſent etiam inimici cuſtodientes ſepulchrum, & vt falſus oſtenderetur is, qui de furto ſermo. BEDA. Myſtice autem Ioſeph interpretatur auctus pro acceptione boni operis, ad quod monemur vt corpus domini digne percipere mereamur. THEOPHIL. Nunc etiam quodammodo Chriſtus apud auaros

F mortificatur in paupere famem patiente. Eſto ergo Ioſeph & tege Chriſti nuditatem, non ſemel ſed in tuo tumulo ſpirituali conſiderando reconde, & cooperi, & miſce mirrham & aloem amaricantia, conſiderãdo vocem illam, Ite maledicti in ignem æternũ, qua nihil amarius eſtimo.

eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens miſturam myrrhę & aloes quaſi libras centum. Acceperunt ergo G corpus Ieſu, & ligauerunt eum lintheis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepellire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumẽtũ nouũ, in quo nõdum quiſquam poſitꝰ fuerat. Ibi ergo ꝑpter paraſceuem Iudæorũ, quia iuxta erat monumẽtũ, poſuerũt Ieſũ.

CAP. XX.

VNA ſabbati Maria Magdalene venit mane cũ adhuc tenebræ eẽnt ad monumẽtum, & vidit lapidem reuolutum a monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonẽ Petrũ, & ad aliũ diſcipulũ quẽ amabat Ieſus, & dicit llis. Tulerunt dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerũt eũ. Exiit ergo Petrus & ille aliꝰ di-

CAP. XX.

Hom.84. CHRYS. Quia iã tranſierat ſabbatũ, in quo impediebatur a lege, non potuit Maria Magdalene quieſcere, ſed venit profundo diluculo conſolationem quamdam a loco ſepulturæ inuenire volens. vnde dicitur. {Vna autem ſabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebrę eſſent ad monumentum.}

Lib.3.c.24. AVG. de con. Euãg. Venit quidem Maria Magdalene, ſine dubio cæteris mulieribus quæ domino miniſtrauerant plurimum dilectione feruentior, vt non immerito Ioãnes ſolã commemoraret, tacitis eis qui cũ illa fuerant ſicut alii teſtantur.

Tract.120. AVGV. ſuper Ioannem. Vna autem ſabbati eſt, quem iã diem dominicum propter domini reſurrectionem mos Chriſtia-H nus appellat, quem Matthæus primam ſabbati nominauit. BED. Dicit ergo {Vna ſabbati,} hoc eſt altera ſiue prima die poſt ſabbatum. THEO. Vel aliter. Hebdomadæ dies Iudæi ſabbatum nominabant, vnam autem ex ſabbathi diebus primã, futuri autẽ ſęculi exẽplar eſt hæc dies, quoniã futuri ſęculi vna dies eſt nequaquam nocte interpollata. Deus enim ibi ſol eſt, qui numquam occidit. In hac igitur die dominus reſurrexit incorruptibilitatem corporis aſſumens, ſicut nos in futuro ſęculo incorruptione induemur.

Lib.3.c.24. AVG. de con. Euan. Quod autem Marcus dicit. Valde mane oriente iã ſole, nõ repugnat ei quod hic dicitur. {Cũ adhuc tenebræ eſſent.} die quippe ſurgente aliquæ reliquiæ tenebrarũ tantomagis extenuantur, quanto magis oritur lux. Nec ſic accipiendum eſt quod ait Marcus, Valde mane orto iam ſole, tamquã Sol ipſe iam videretur ſuper terram, ſed potius ſicut dicere ſolemus eis quibus volumus ſignificare temperius aliquid faciendum, orto iam ſole dicitur, ideſt de proximo aduenięte in has partes.

Hom.22. GRE. I in Hom. Congrue autẽ dicitur. {Cum adhuc tenebræ eſſent.} Maria enim auctorem omnium quem carne viderat, mortuũ quærebat in monumento. & quia hunc minime inuenit, furatũ credidit. Adhuc ergo erãt tenebræ cum venit ad monumentum. Sequitur: & vidit lapidem reuolutum a monumento.

Lib.3. c.24 AVG. de cõ. euang. Iam ergo factum erat qnod ſolus Matthæus commemorat de terremotu & lapide reuoluto, conterritiſque cuſtodibus.

Hom.84. CHRY. Surrexit quidẽ dominus lapide & ſignaculis de ſepulchro iniacentibus, quia vero oportebat & alios certificari aperitur monumentum poſt reſurrectionem, & ita creditur quod factum eſt. hoc denique & Mariam mouit. videns.n. lapidem ſublatũ non intrauit, neq; proſpexit, ſed ad diſcipulos ex multo amore cum velocitate cucurrit. Nondum autem de reſurrectione nouerat aliquid manifeſtum, ſed putabat translationẽ corporis eſſe factam. GLO. Et ideo cucurrit nunciare diſcipulis, vt aut ſecum quęrerent, aut ſecum dolerent. Et hoc eſt, quod ſequitur. {Cucurrit ergo, & venit K ad Simonem Petrum & ad alium diſcipulũ quem diligebat Ieſus.

Tract. 120. AVG. Ita ſe commemorare ſolet, quòd eum diligebat Ieſus qui vtiq; omnes, ſed ipſum prę cęteris & familiarius diligebat. Sequitur. {Et dixit eis. Tulerunt dominum meũ & neſcio vbi poſuerũt eum.

Cap.9 GRE. 3. Mo. Hoc autem dicens totum pro parte inſinuat, ſolum quippe corpus domini quæſitura venerat, & quaſi totũ dominum ſublatum deplorat.

Tract. 120. AVG. Nonnulli autẽ codices Græci habent. {Tulerunt dominũ meum} quod videri dictum poteſt propenſiore charitatis, vel famulatus affectu. Sed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habemus non inuenimus. Diſcipulũ autẽ quẽ diligebat Ieſus ſeipſum dicit. nam quippe ita commemorare ſolet quòd eum diligebat Ieſus, vtique omnes, ſed ipſum præ cæteris, & familiarius diligebat. CHRY. Euangeliſta vero non priuauit mulierem hac laude, nec verecundum exiſtimauit, quòd ab ea prius addiſcerent. Audientes ergo illi cum multo ſtudio monumento inſiſtunt. GREG. Illi autem prę cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt, videlicet Petrus, & Ioannęs. Vnde ſequitur. {Exiit ergo Petrus & ille alius diſcipulus

ad monumentum. Currebant autẽ duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet, vidit poſita lintheamina: non tamẽ introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum. Et vidit lintheamina B poſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cũ lintheaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tũc ergo introiuit & ille diſcipulus, qui venerat primus ad monumẽtum, & vidit & credidit. Nondũ enim ſciebãt ſcripturã, q̃a oportuit eũ a mortuis reſurgere.

b Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos. Maria autẽ ſtabat ad monumentũ foris plorans. Dũ ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum. Et vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum erat corpus Ieſu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit

pulus, & venerunt ad monumentum.} THEO. Sed ſi quæras A quomodo aſtantibus cuſtodibus venerunt ad monumentum, Rudis quæſtio, qm̃ poſtq̃ dñs reſurrexit & vnà cum terremotu affuit Angelus in ſepulcro, receſſerunt cuſtodes annunciãtes Phariſæis.

Trac.120. AVG. Cum autem iam dixiſſet. venerunt ad monumentum, regreſſus eſt, vt narraret quõ venerunt, atque ait. {Currebãt autem duo ſimul, & ille aliꝰ diſcipulus ꝑcucurrit citius Petro & venit prior ad monumẽtũ} vbi oſtendit, ꝙ ipſe prior venerit, ſed tãquàm de alio cuncta narrat.

Hom.84 CHRY. Veniens aũt conſiderat lintheamina poſita. vnde ſequitur. {Et cũ ſe inclinaſſet, vidit poſita litheamina, nihil tñ ipſe plus perſcrutatur, ſed deſiſtit. & hoc eſt quod ſubdit. {Nõ tamen introiuit. Petrus vero vt feruidus introiens, vniuerſa inſpexit diligenter, & amplius vidit. vnde ſequitur. {Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & intro in mo. & vi.lin.po. & ſud.quod fu.ſu.ca.eius nõ cum lin.po.ſed ſepar.inuol.in vn.lo.} quod erat reſurrectionis ſignũ} Neque.n. ſiquidem eum tranſtuliſſent, corpus eius denudaſſent, neque ſi furati eſſent, huius rei fuiſſent ſolliciti, vt leuarent ſudariũ, & inuoluerent, & ponerent in vnũ locũ ſeorſum a lintheaminibus, ſed ſimpl̃r, vt ſe habebat ſuſcepiſſent corpꝰ. C ideo enim Ioannes præmiſerat, qm̃ ſepultus eſt cũ myrrha, quæ cõglutinat corpori lintheamina, vt non decipiaris ab his, qui dicunt eum furto ſublatum eſſe. Non.n. ita inſenſatus eſſet qui furaret, vt circa rem ſuperfluã tm̃ ſtudium conſumeret. Poſt Petrũ aũt & Ioãnes introiuit. vnde ſequit. {Tunc ergo intro. & ille diſci. qui vene. pri. ad mo. & vidit, & credidit.

Tract. 120. AVG. Nonnulli putant hoc Ioannem crediſſe, ꝙ Ieſus reſurrexerit, ſed quod ſequitur hoc non indicat. vidit ergo mane monumentũ, & credidit quod dixerat mulier. nam ſequitur. {Nondum.n. ſciebant ſcriptu. quia opo. eum a mor.reſur.} Non ergo eum credidit reſurrexiſſe, quem neſciebat oportere reſurgere. quando aũt ab ipſo dño audiebant, quàmuis apertiſſime diceretur, conſuetudine tamen audiendi ab illo parabolas non intelligebant, & aliquid aliud eum ſignificare credebãt.

Hom.22. GRE. in Ho. Hæc autem tam ſubtilis Euãgeliſtę deſcriptio a myſteriis vacare credenda non eſt, per Ioannem iuniorem ſynagoga, per ſeniorem vero Petrum eccleſia Gentiũ deſignatur, quia etſi ad D Dei cultum eſt prior ſynagoga q̃ eccleſia Gentium, ad vſum tamen ſęculi prior eſt multitudo gentium q̃ ſynagoga. Cucurrerunt aũt ſimul, quia ab ortus ſui tpe vſque ad occaſum pari & cõi via, & ſi non pari & communi ſenſu gentilitas cum ſynagoga decucurrit: venit ſynagoga prior ad monumentũ, ſed minime intrauit, quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione, ac paſſione dominica audiuit, ſed credere in mortuum noluit. {Venit aũt Simon Petrus, & introiuit in monumentum,} quia ſecuta poſterior eccleſia Gentium, Chriſtũ Ieſum, & cognouit carne mortuum & viuentem credidit Deum. Sudarium autem capitis domini cum lintheaminibus nõ inuenitur, quia caput Chriſti Deus & diuinitatis incompręhenſibilia ſacramenta ab infirmitatis noſtræ cognitione diuinę diſiuncta ſunt, eiuſq; potentia creaturæ tranſcendit naturam. Non ſolum autem ſeparatim, ſed inuolutum inueniri dicitur, quia linthei quo inuoluitur, nec initium, E nec finis aſpicitur. Celſitudo aũt diuinitatis nec recipit eſſe, nec definit. Bene aũt additur in vno loco, quia in ſciſſura mẽtium Deus non eſt: & illi eius gratiam habere merentur, qui ſe ab inuicem ꝑ ſectarum ſcandala non diuidunt. Sed quia ſolet per ſudarium laborantiũ ſudor detergi: poteſt & ſudarii nomine intelligi labor Dei. Sudarium ergo quod ſuper caput eius fuerat, ſeorſum inuenitur, quia ipſa redemptoris noſtri paſſio longe a noſtra paſſione diſiuncta eſt, qm̃ ipſe ſine culpa pertulit quod nos cum culpa toleramus. Ipſe ſponte morti ſuccumbere voluit, ad quam nos venimus inuiti. Poſtq̃ autem intrauit Petrus, ingreſſus eſt & Ioannes, quia in fine mundi ad redemptoris fidem etiam Iudæa colligetur. THEO. Vel aliter. Intellige Petrum actiuum, & promptum: Ioannem vero contemplatiuum, & docilem erga rerum diuinarum habuiſſe peritiam. Plerumque autem præuenit contemplatiuus notitia, & docilitate, ſed actiuus inſtantia feruoris, & ſedulitate præcedit illius acumen, & prius inſpicit diuinum myſterium.

Hom.25. b ¶ GRE. in Hom. Maria aũt Magdalene, quę fuerat in ciuitate A peccatrix, amando veritatẽ lauerat lachrymis mãculas criminis, cuius mentẽ magna vis amoris accenderat, quæ a monumento dñi etiã diſcipulis recedentibus non recedebat. Dicitur.n. {Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos.} AVG. ideſt vbi habitabant, & vnde ad monumentũ cucurrerant. Viris aũt redeuntibus infirmiorẽ ſexum in eodẽ loco fortior figebat affectus. vnde ſequit. {Maria aũt ſtabat ad monumentum foris plorans.}

Tract.121. AVG. de Con. Euan. ideſt ante illũ ſaxei ſepulchri locũ: ſed tñ intra illud ſpatiũ, quo iã ingreſſę fuerant: hortus q̃ppe illic erat.

Hom.85. CHRY. Ne mireris aũt ꝙ Maria amare flebat ad ſepulcrum: Petrus vero nihil tale paſſus eſt: cõpaſſibile.n. eſt muliebre genꝰ, & natura flebile.

Tract.121. AVG. Oculi igitur qui dum quęſierant, & non inuenerant lachrymis vacabant: amplius dolentes, ꝙ fuerat ablatus de monumẽto, q̃ ꝙ fuerat occiſus in ligno, qm̃ magiſtri tanti, cuius vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat.

Lib.3.c.24. AVG. de Con. Euan. Viderat aũt cum aliis mulieribus Angelum ſedentẽ a dextris ſuper lapidem reuolutum a monumento, ad cuius verba cum fleret, proſpexit in monumentum.

Hom.85. CHRY. Magnum.n. ad mitigationẽ eſt monumẽtum apparens; vide denique eam vt plus requieſceret, & inclinantẽ C ſe, & volentem locum videre, vbi iacuit corpꝰ. vnde ſequitur. {Dũ ergo fleret inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum.}

Hom.25. GREG. Amanti.n. ſemel aſpexiſſe non ſufficit, quia vis amoris intentionẽ multiplicat inquiſitionis.

Tract. 121. AVGVST. Nimium enim dolebat nec ſuis, nec diſcipulorum oculis facile putabat eſſe credendum; an potius diuino inſtinctu in animo eius effectum eſt, vt proſpiceret.

Hom.25. GREGO. Quæſiuit enim corpus, & minime inuenit: perſeuerauit vt quęreret: vnde & contigit vt inueniret, actumque eſt vt deſideria dilatata creſcerent, & creſcentia caperent quod inueniſſent. Sancta enim deſideria dilatione creſcunt. Si autem dilatione deficiunt, deſideria non fuerunt. Iſta itaque quę ſic amat, quę ſe ad monumentum quod proſpexerat iterum inclinat: videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquiſitionis. Sequitur enim. {Et vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes. vbi poſitum fuerat corD pus Ieſu.}

Hom.85 CHRY. Quia enim non erat excelſa mulieris mens vt ex ſudariis perciperet reſurrectionem, Angelos videt in leto habitu, vt & ipſa a paſſione mitigetur.

Tract. 121. AVGVSTINVS. Quid eſt autem, ꝙ vnus ad caput, & alter ad pedes ſedebat, an quoniam qui grece Angeli dicuntur, latine ſunt nuncii? Iſto modo Chriſti euangelium velut a capite vſque ad pedes, ab initio vſque in finem ſignabant eſſe nunciandum.

Homi.25. GREGO. Vel ad caput ſedet Angelus cum per Apoſtolos prędicatur, quia in principio erat verbum. & quaſi ad pedes ſedet, cum dicitur. Verbum caro factum eſt. Poſſumus etiam per duos Angelos, duo teſtamenta agnoſcere, quę dum pari ſenſu incarnatum & mortuum, ac reſurrexiſſe dominum nunciant, quaſi teſtamentum prius ad caput, & teſtamentum poſterius ad pedes ſedet.

Hom.85. CHRY. Angeli aũt apparentes nihil de reſurrectione dicunt, ſed paulatim in eum, qui de reſurrectione eſt, intrant ſermonem. Quia enim mulier vltra E conſuetudinem prȩclarum habitum viderat, ne turbetur, audiuit compaſſionis vocem. vnde ſequitur. {Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras?} Angeli lachrymas prohibebant, & futurum quodammodo gaudium nunciabant. Ita enim dixerunt. {Quid ploras?} ac ſi dicerent, plorare noli.

Hom.25. GREG. Ipſa enim ſacra eloquia, quę nos in lachrymas amoris excitant, eaſdem lachrymas conſolantur dum nobis Redemptoris noſtri ſpeciem repromittunt.

Tract.121 AVGVSTINVS. At illa eos putat interrogaſſe neſcientes cauſas prodit lachrymarum. Vnde ſequitur. {Dicit eis, quia tulerunt dominum meum.} Dominum ſuum vocat domini ſui corpus exanime, a toto partem ſignificans, ſicut omnes confitemur Ieſum Chriſtum filium Dei ſepultum, cum ſola eius ſepulta ſit caro. Sequitur: {Et neſcio vbi poſuerunt eum.} Hęc erat cauſa maioris doloris, quia neſciebat quo iret ad conſolandum dolorem.

Hom.85. CHRY. Nondum autem de reſurrectione aliquid nouerat, ſed adhuc tranſlationem imaginabatur.

Lib.3.c.24. AVGVST. de Con. Euange. Hic intelligendi ſunt ſurrexiſſe angeli, vt etiam ſtantes viderentur, ſicut Lucas eos viſos eſſe commemorat.